

ÜDVÖZLET

NAGYON TISZTELENDŐ S TUDÓS

KUTSERIK SÁNDOR

KEGYESRENDI ÁLDOZÁR,
FŐGYMNASIUMI RENDES TANÁRNAK, A HAZAI
TANÜGY ÉS NEVELÉS BAJNOKÁNAK

FÉLSZÁZADOS JUBILAEUMA ALKALMÁVAL

1878. évi június hó 30-án

A KECSKEMÉTI M. KIR. ÁLLAMI FŐREÁLTANODA
TANÁR-KARA RÉSZÉRŐL.

KECSKEMÉTEN,
NYOMATOTT TÓTH LÁSZLÓNÁL.

ÜDVÖZLET

NAGYON TISZTELENDŐ S TUDÓS

KUTSERIK SÁNDOR

KEGYESRENDI ÁLDOZÁR,
FŐGYMNASIUMI RENDES TANÁRNAK, A HAZAI
TANÜGY ÉS NEVELÉS BAJNOKÁNAK

FÉLSZÁZADOS JUBILAEUMA ALKALMÁVAL

1878. évi június hó 30-án

A KECSKEMÉTI M. KIR. ÁLLAMI FŐREÁLTANODA
TANÁR-KARA RÉSZÉRŐL.

KECSKEMÉTEN,
NYOMATOTT TÓTH LÁSZLÓNÁL.

Nagyon tisztelendő Tanár úr!

Midőn a hazai tanügy ünnepet ül, akkor a kecskeméti állami főreáliskola tanári kara nem tud és nem akar részvétlen maradni; már pedig, hogy a mai nap valósággal ily ünnepnap, azt hirdetik nemcsak ez érdemes gyülekezet emelt hangulata, hanem hálás érzelmei azon sok ezerre menő szívek is, melyekbe Te csepegtetél magasabb erényeket; ünnepélyes hódolatot zeng ma sok ezer ajak, melyeket Te tanítottál meg Cicero ékes nyelvén beszélni.

Ismerjük szerénységedet, mintegy szemidből véljük kiolvasni a tiltakozást jelen ovationk ellen, de ez nem csökkenti, sőt növeli érdemeidet, reánk nézve pedig benső

szükségesség, hogy a mai napon hangos hozsannát kiáltsunk a nagy világba, hogy értse meg mindenki örömünket, melyet érezünk akkor, midőn a Mindenható megengedte, hogy egyik pályatársunk tiszta lelkiismerettel, önmegelelégedéssel tekinthet vissza 50 hosszú évnek sikeres fáradalmaira, hogy megengedte, mikép meglássuk benned, mintegy élő tükörben tökéletesítve, eszményítve minmagunkat.

Ez reánk nézve a mai napnak jelentősége és ez ragadja ki dicsőségedet e rendház szűk falai közül a nagy hazába mindenüvé, hol a tanügynek lelkiismeretes hivei vannak. Te pályatársaidnak büszkesége, tudom szerényen visszautasítod e nagyon is megérdemlett kitüntetést, de mi azon nem csodálkozunk; elmerülve a classicus kor szellemébe, távol maradtál a jelen szédelgésétől, ellesve és elsajátítva nagy szellemek nagy erényeit nem szorultál dicséretünkre, de mi óhajtjuk dicsőségedet, mert benned a tanügy van megtisztelve, a Te dicsőséged sugaraiban mi is melegedünk.

Vannak emberek, kik a természettől beléjük oltott ösztönnél fogva mindig magasabbra törekszenek, és ha végre sok küzdés után bármi úton módon feljutottak oda, hova nyugtalan vágyaik vezérelték, ritkán mernek visszatekinteni az általuk befutott pálya nehézségeire, mert fejük szédeleg látva a tátongó mélységet, melyből sok küzdelem után erkölcsöknek csak foszlányait tudták megmenteni. Nem ilyen volt a Te pályád; nem felfelé, hanem előre törtél, és életed nem volt rohanó ár, mely tör és rombol, hanem csendesen folyó tiszta patak, mely mindig áldást terjeszt maga körül.

Életednek egy célja van: a classicus tudományok terjesztése; hogy mennyire érted el ezt maig, mutatja egy egész nemzedék hálás elismerése, de szerintünk főérdemed abban áll, hogy cicerói ékesszólással hirdettél magyar honszeretetet, a régiek erkölcséből magyaráztál modern philantropiát, és pogány írók műveiből tanítottál keresztényi szeretetet.


Ezeket tudva és érezve állunk itt előtt-

ted, hogy tiszteletünket és benső ragaszkodásunkat kifejezzük. Ne tekints bennünket idegenekként, mert bár külső tekintetek által egymástól elválasztva, mégis egy közös anyának, a paedagogiának közös gyermekei vagyunk, Te közöttünk évek és érdemek szerint a legelső.

Tekints bennünket ifjabb testvéreid gyanánt, kik azért jöttünk ma ide, hogy örömmünket fejezzük ki azon kegy fölött, mely szerint a Mindenható megengedte érnünk testvérünk 50 éves tanári jubileumát és hogy teljes szivből lélekből felkiáltsunk: a kecskeméti tanférfiak Nestora, Kutserik Sándor szeretett pályatársunk sokáig éljen!

*Dr. Dékány Ráfael,
Bóka Péter,
Habina János,
Hanusz István,
Holosnyay Ambrus,*

*Hornyik József,
Potásy János,
Szombathy István,
Szöke Gyula,
Virányi Ignác.*



SALUTEM
CLASSICIS E SCHOLA REALI.

Praedicatum auditur super tecta discipli-
nas scholae Realis adeo radicitus discrepantes
esse scientiis Gymnasii, quod in schola hac
recentioris originis classici antiquorum aucto-
res impune negligi possint.

Problemata fauste resolvere non profani
vulgus est.

In eo, quod Gymnasium in classicorum
jurat verba, schola vero Realis renascentium
existit cultrix scientiarum naturalium: ambas
inter palaestras semina discordiae terrae man-
data haud sunt; sed potius trames et via
dupplex demonstrata, quarum quaevis juven-
tutem, pignora chara haec patriae, ad fontem
Castalium promovere par est.

Ambo instituta sedent sub scientiae frondosa ficu, cujus melle fluentes fructus dii venales nonnisi labore praebent, — labore, qui Alcidem ad superos levare quiit. Ambo elegerunt sibi lumen, ex eodem fonte emanans limpido. Lumen hoc indefessum scrutinium ejus est, quod microcosmos et quod macrocosmos nominatur; idest: homo ipse, in faciem, similitudinemque Entis perfectissimi formatus, — necnon omnia, quaeque eum circumdant, utpote: elementa, composita, phaenomena.

Ast scrutinium hocce integritatis genuinae dotibus duntaxat tunc temporis pollebat, ubi in scrutando ingenia classicorum contemplandi modum, eumque praejudiciis immunem, assequuta sunt. Ut exemplo fruamur: hilaris antiquorum animus ex aranea, filo suo se suspendenti, mirae pulchritudinis illum de filia Idmonis mythum effinxit, — subsequentium vero idiosyncrasia saeculorum ens hoc innocuum, cujus harmonica in oeconomia naturae necessitudo indubia est, adeo

exsecrabile denotavit, quod pedibus nostris conculcandum nonnisi obvenit.

Non desunt quidem et classicis monstra horrenda, uti Cyclopes, Titani, Scylla, Chimaera, Medusa, Sphinx, Minotaurus etc. et quae athlorum Herculis objecta fuere; haec quidem indicia forent phantasiae eorum aegre laborantis, si potius entia haec „esse“ vel iccirco non nacta fuissent: ut ab homine — virtute armato — devincenda illi gradum ad Parnassum praepararent.

Non solum, ubi affectibus cor humanum dirigitur, praestitere se classici sana mente pollentes in corpore sano: sed et quum simul acuta mentis observatione opus erat. Sunt enim resultata combinationis, quorum ii compotes, admirationem nostram captivam merito ducunt; utpote praesagium continen- tis vasti trans Atlantis oceanum, rotatio globi terraquei circa axem suum et solem, nutatio axis, praecessio aequinoctii etc., quae quum haud pridem exspirantia saecula per amba- ges denuo detegere valebant, ansam minime quotidiani honoris et gaudii sibi pararunt.

Ubi classicorum cultus post tot saeculorum seriem rursus revixit, apertum physicis evasit antiquos notitia praeditos esse de microscopio, quod secus saeculo reparatae salutis XIII-o adscribi solet inventum; similia sunt de speculis radios lucis reflectentibus, de coloribus irideis per prisma vitreum productis, de diminutione caloris in regionibus aëris altioribus, de variabili colore planetarum, cometarumque, quos praecipue posteriores ellipticam tramitem incedentes, solumve in perigaeo visibiles novit classicorum venerabilis chorus, qui insuper distinguit et densitatem grani, comaeque eorum. Non latuit ipsos aërem gravitate instructum esse, — produci per evaporationem frigus, — adscribunt terraemotus ignium eruptioni subterraneorum, — non desunt praesagia de cognitione circulationis sanguinis etc. etc.

Auctores tui Vir doctissime, Professor jubilare! ergo et nostri auctores sunt.

Quae classicorum indefessa tractatio Te in admirationem productorum ingenii rapuit humani, vitaeque Tuae, ex cujus laureatis

fatigiis tam copiosa in rem educationis publicam emolumenta per defluxum semisaeculi redundarant, in dies nova oblectamenta praebuerat: erat sane in statu et nos non intactos linquere; radices enim scientiarum naturalium non secus nos in eorum reliquiis auctorum scrutandos habemus, — et non in cassum.

Habemus nam pro topographia coelestis e latinis auctoribus Hyginum, M. Manilium in ambobus „Astronomicon.“ Pro doctrina de vulcanismo praeter L. Annaeum Seneca, qui in suis „Quaestionum naturalium“ libris VII. permulta de phoenomenis subterranei ignis recte resolvit; dein auctorem operis „Aetna“, qui hypotheses aevi sui de vulcanis prompte elucubrat. Nos, realium cultores, grammaticis philologisque remittimus quidem decidendum, an Lucilius vel potius Papinius Stadius haec stylo tabulae exaravit: sementis messem ejus copiosam nos congregamus horreis.

Pro geographia speciali penes C. Plinium Secundum, encyclopaedistam antiquorum,

habemus C. Cornelium Tacitum in opere monographico, cui titulus „Germania.“ Notitias orbis antiqui praeter laudatos Pomponio Melae, R. Festo Avieno, necnon „Itinerario“ petrificati Bädecker — Cl. Rutilii Numatiani, cujus nomen variantes legi „Namatiani“ cupiunt, in acceptis referimus.

Historiam naturalem vegetabilium tam, quam animantium theoreticam non minus, quam practicam, applicatamve subministrant M. Terentius Varro, P. Vergilius Maro — in Georgicis — Aulus Corn. Celsus, L. Junius Columella, C. Plinius Secundus, auctor operis intitulati: *Historiae naturalis libri XXXVII.*“, quos J. Grimm philologus et archaeologus recentiorum facile primus vel exinde asserit specialibus abundare amoenitatibus, quod auctor de productis naturae nunquam differat enarrare et ea, quae rebus laudatis superstitione populi adjunxit.

Sextus Jul. Frontinus mathesim, Isidorus, Serenus geometriam coluere. Mentio negligi insuper nequit M. Tullii Ciceronis, qui artem oratoriam Graecia Romam adtulit,

P. Ovidii Nasonis, Lucretiique poëtarum, qui omnes tres non quidem scrutantes, sed scrutata, inventaque aliorum referentes pulcherrimo tradidere in vestimento posteritati.

Non nova praedicaturi festiva hac occasione ista produximus Tibi, classicorum Cultori Jubilanti, nosti enim perbene haec antequam nos lucem conspexissemus; sed potius repetimus nostrae adinstar rectificationis, ut certior evadas nos Tecum, Te Duce, Te Exemplo ad rivum eundem aqua viva manantem sedisse. Ad rivum, de quo Cicero tam eximie edisserit: „Quod munus reipublicae majus meliusve adferre possumus, quam si docemus atque erudimus juventutem.“ Habebit fortassis Tibi in laureata semisaeculari palaestra scire, quod et in nobis non careas laboris tui epigonis, aliquid recreantis.

